

Calendario retuli. Tibi autem memne offero, ne me tam ambitiosè negotiari credas, ut, etiam cum licet, otiosi recusum. Remittes ubi integrum erit.

G. Barlaeo.

(74). Senties haud frustra praefatam fuisse me, non fore ut pro merito te compellarem Barlaeo doctissime, si quando ex munificentia Principis tui mei compellendi te nactus essem. Adeo nempe vestigijs Mauritii insistimus, ut latum unquam ab ejus consuetudine non decedere nefas putemus. Ex quo igitur scicitati comperimus raro illum hanc summutam excessisse. Illicet tanti Barlaeo est, et omnis illa eruditio, nisi quod hae occasione vario de te sermone habito totus, quantum potui, optimo Principi innotuisti: hoc quoque non nihili aestimandum est. De cetero ignosce mihi postulo civis vitio vestri non debet, pro tanto rogamus tu qd exit. Vale et apocham quam addidi, ubi commodum est, remitte. Haga - Decembri 1625. Raptim.

Barlaeo S. P.

G. Hugenius.

(75). Quod amico consulenti obsecutus sis Barlaeo doctissime censeo non prudentes minus quam amice a te factum si quid exim Britannos meos verbi, aulicos praesertim, valde colleti beneficii commemorations amant, neque aliam re facilius devinciuntur, aut libentius. Tibi vero quantum illi iste labor est, quem fundere latina verba non ut plerique, sudare nitamur. Proinde ne qua deesse tibi videar, remitto nunc utrasque Literas, quae vel obsequat protinus referri mihi cures, vel (quod mea hiesententia est) parumper immutatus, ita nempe ut evangelici tenoris leniter mentione interjecta, et quodam modo pro dignitate Musarum et existimatione viri fortis et Philosophi tuis oculis perstricta, sentiant illi tam te laesum, contemnere posse, quod et a manu regia molles designari. Videntur enim hoc pacto non rustica promissionum admoneri posse, quae si te negligere credant facile illi obliuiscantur. Sed haec melioris calulo, et nisi quod secus judicet, quem utique sic statuere velim, scribi ista ab amico, qui te tanti apud omnes quanti mereris ex animo cupit. Vale Haga Comitis festina manu 20. Calendarum Junii 1626.

G. Hugenius. Odesworthio